

EMBLEMA CIV.

Non est inuicta libido.

CIII.

Facile his sed vincitur armis.

Semper Acidalius Puer est accinctus in armis,
 Obsidet atque animi subdolus vsque fores;
 Et quamuis illi, maternis vecta columbis,
 Sæpè venit Gnidiis sordida palma rotis,
 Nunquam est arreptis tamen insuperabilis armis,
 Si quis pugnantî frangere tela volet.
 En confracta iacent lacerato spicula neruo,
 Fumat & extinctâ mortua flamma face.
 Quin etiam ex humeris, ruptâ cecidere pharetrâ
 Tela, quibus nostro in pectore fortis erat: